

THE WILL OF JOHN MORTON, CARDINAL ARCHBISHOP OFCANTERBURY

Source: TNA PROB 11/12/178, ff.70r-71v

Made: 16th July 1500

Proved: 22nd October 1500

Editorial Procedures: In the presentation of this Latin text, the spelling conventions of the original manuscript have been followed (e.g. *juris*, *nominacio*, *vijj*), also the inconsistent use of capital letters in proper names. A capital letter in the original may also indicate a new clause, or the beginning of a new line of text. The sign / often has the function of a modern comma, semicolon or full stop. The use of the sign ' at the end of a proper name (e.g. *Beer*', line 45; *Addreston*', line 172) is a common way of dealing with names which, not being Latin, cannot be given the appropriate Latin ending required by the grammar of the sentence. All abbreviations, which are mostly standard ones, have been silently expanded, as is usual in the presentation of historical texts. The main variation from the manuscript is that the text, which in the original is written continuously, has been divided into paragraphs and sections according to content, in order to present the material in a more easily readable form. The line numbers inserted in the margin refer to lines in the original manuscript, so that reference to the original is not precluded. The English translation offers the same subdivisions and line numbers and it is hoped that this format will facilitate cross-reference from one text to another and make information more readily retrievable from either Latin or English. The English translation is supplied with punctuation and capitalisation in line with contemporary usage.

I wish to thank Marie Barnfield, whose meticulous and informed transcript of the manuscript was generously made available to me for the production of this text and the translation based upon it. The guidance provided by her impressive decipherment of the very difficult hand in which this manuscript is written considerably expedited my own reading of the original text. The text presented here draws to a very considerable extent on her pioneering work, and such changes as have been made mostly concern the expansion of abbreviations.

The Latin Text

[Folio 70r]

In dei nomine Amen. Ego Johannes Morton diuina misericordia titulo sancte Anastasie sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Cantuariensis Archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus sanus deo laudes corpore/ et compos mentis/ mecum commemorans quod cunctis vna sit moriendi necessitas nilque certius morte existat etsi hora genusque mortis incerta fuerint/ Nilque rebus in humanis execrabilius esse poterit quam dei suique (*?lege suaequa*) ipsius mortis obliuio quum peccator moriens sepenumero obliuiscitur sui qui dum viueret obliuiscetur dei/ Volens igitur dum in me corporis sanitas vigeat facultates et bona que michi sua ex bonitate redemptor noster in hac lacrimarum valle elargiri dignatus est ad sui complacenciam conscientieque mee exoneracionem disponere condo testamentum meum in hunc modum/

- 8 In primis Reuoco et adnullo omnes voluntates meas omniaque testamenta mea bona mea mobilia quoquo modo concernencia/ que antehac fecerim immo volo et per presentes decerno quod omnes voluntates et testamenta mea huiusmodi quatenus et in quantum sunt huic testamento meo contraria sine repugnancia nullius vigoris et affectus sint/. Et quod istud testamentum meum manu mea propria subscriptum pro mea vera integra et vltima voluntate atque pro meo vero integro et solo legitimo testamento sit habeatur et observetur/.
- 12 Item omnipotentem deum dominum nostrum Ihesum Christum totis visceribus humillime deprecor vt sue gloriose passionis meritis et Beatissime Virginis marie sanctorum Petri et Pauli apostolorum Thome & Christoferi martyrum/ Sanctarumque Etheldrede Katherine atque marie magdalene sanctorumque omnium precibus & intercessionibus sua ex pietate meam miserrimam animam in suam gratiam atque misericordiam suspicere dignetur.
- 15 Item volo & dispono quod corpus meum sepeliatur in ecclesia mea Cathedrali Cantuariensi videlicet coram imagine beatissime Virginis Marie vulgariter nuncupate Oure Lady of Vndercroft/ et quod

putridum corpus meum cooperiatur ibidem cum vno plano lapide marmoreo basso absque alijs voluptuosis expensis/.

- 18 Item volo dispono et ordino quod duo de confratribus meis ecclesie mee Christi Cantuariensis commonachis celebrent et dicant quotidie et immediate post mortem meam durante termino viginti Annorum duas Missas coram dicta Imagine Beate Marie virginis et orent pro salute anime mee parentum benefactorum & amicorum meorum viz quod vnum eorum celebret et dicat singulis diebus missam de Requiem/. Et quod alter eorum celebret in die dominica missam de Trinitate/. In secunda feria missam de Spiritu sancto/. Tercia feria de sancto Thoma/. Quarta feria de pace./ Quinta feria de corpore Christi/. Sexta feria de nomine Jhesu/.
- 23 Et in sabbato de beata Virgine Et quod in omnibus huiusmodi missis dicat Collectam Deus cui proprium cum hac clausula propiciare anime famuli tui Johannis animabusque parentum benefactorum et amicorum suorum &c/ Et quod vterque eorum singulis predictis missis post evangelium antequam transierit ad lauatorium dicat psalmum De profundis/ et roget omnes astantes quod singuli eorum dicant Pater noster et Ave maria pro anima mea et animabus parentum benefactorum et amicorum meorum/ Et insuper quod ijdem duo confratres mei dicant singulis diebus Exequias et Commendaciones pro salute anime mee et animarum predictarum Et quod uterque eorum proinde habeat singulis septimanis viginti denarios/.
- 29 Item lego confratri meo Suppriori eiusdem ecclesie xx s/.
- 30 Item lego singulis confratribus meis commonachis ecclesie antedictae in ordine sacerdotali constitutis xij s iiiij d. Et singulis ibidem commonachis in ordine sacerdotali non constitutis vj s viij ds vt deprecentur pro anima mea et animabus parentum benefactorum et amicorum meorum/
- 32 Item volo et dispono quod circa funeralia mea in die sepulture mee in eodem die ad mensem et in Anniuersario meo distribuantur & expendantur viz elemosinis pauperibus erogandis & in alijs Rebus tali operi conuenientibus et decentibus Mille marce aut maius vel minus secundum quod executoribus meis vel maiori parti eorum melius videbitur expedire pro salute anime mee/ Sic quod honeste et decenter non tamen voluptuose ipse Mille marce aut maior vel minor summa vt premittitur expendantur.
- 36 Item do et lego ecclesie Cathedrali Eliensi meam optimam Crucem argenti deauratam et meam mitram quas habui ab executoribus bone memorie domini Willelmi Grey nuper Episcopi Eliensis immediati predecessoris mei in ecclesia Eliensi./ Dum tamen prior et Conuentus eiusdem ecclesie se obligent ad Inueniendum vnum presbiterum de suis confratribus qui celebret missam de Requiem singulis diebus per viginti Annos post mortem meam immediate sequentes pro anima mea et animabus parentum benefactorum et amicorum meorum/ Et quod Idem sic celebrans in suis singulis missis post euangelium priusquam transierit ad lauatorium dicat psalmum /de profundis/ Rogans omnes astantes quod singuli eorum dicant Pater noster et Ave maria/ pro anima mea animabusque parentum benefactorum & amicorum meorum.
- 43 Item lego priori ecclesie Cathedralis Eliensis lxvj s viij d/ Et suppriori eiusdem ecclesie xij s iiiij d. Et singulis alijs commonachis eiusdem ecclesie Eliensis in ordine sacerdotali constitutis vj s viij d/ Et singulis commonachis ibidem in ordine sacerdotali non constitutis iij s iiiij d/.
- 45 Item volo et dispono quod vnum presbiter celebret in ecclesia de Beer' in Comitatu Dorsettie per viginti annos proximo et immediate sequentes post mortem meam pro anima mea et animabus progenitorum meorum in ipsa ecclesia sepulchorum et omnium benefactorum et amicorum meorum Et quod habeat pro salario suo quolibet Anno sex libras/ ea tamen condicione quod dicat quotidie Exequias et Commendaciones/ Et quod diebus dominicis dicat missam de Trinitate/. Diebus vero lune Mercurij et veneris de Requiem/. die Martis de sancto Thoma/ Die Jouis de Corpore Christ/. infra predictam ecclesiam de Beer'/ et omni die Sabbati missam de beata virgine infra capellam eiusdem virginis de Wudebury prope villam de Beer predictam/ Et quod in omnibus huiusmodi missis dicat Collectam Deus cui proprium/. Et quod in singulis predictis missis dicat post euangelium antequam transierit ad

lauatorium psalmum De profundis/. Et Roget omnes astantes vt singuli eorum dicant Pater noster et
Aue maria/ pro anima mea et animabus parentum benefactorum et amicorum meorum/

- 54 Item do et lego Illustrissimo atque carissimo domino meo domino Henrico Regi Anglie et francie optimum meum portiforium/
- 56 Item do et lego excellentissime domine Elisabeth Regine optimum meum psalterium/.
- 57 Item do et lego serenissime domine Margarete eiusdem illustrissimi domini Regis matri meam Imaginem Rotundam Beate Marie virginis de Auro/.
- 58 Item do et lego serenissime Domine Margarete filiole mee dilectissime atque eiusdem Illustrissimi Domini Regis filie primogenite vnum ciphum de Auro cum dolijis/ vnum quadraginta libris/
- 59 Item do et lego magnifico Domino Egidio Dawbney Regie maiestatis Camerario vnum ciphum de auro/
- 60 Item do et lego Roberto Tuberville vltra id quod sibi antehac dedi et michi debet xx l/ et quod michi debet sibi remitto/.
- 61 Item lego Willelmo Brounesop seniori xl s./ Et Johanni filio suo x li/. Et Waltero filio eiusdem Willelmi Juniori x li/.
- 62 Item do et lego Johanni Talbot et vxori eius xij li vj s viij d.
- 63 Item do et lego Johanni Perham lxvj s viij d et vnicuique filiorum suorum xl s/.
- 64 Item lego Thome Perham lxvj s viij d. Et singulis suis liberis xl s.
- 65 Item do et lego Roberto Perham. C.s. et singulis suis liberis xl s./
- 65 Item do et lego Laurencio Perham [Folio 70v] lxvj s viij d. et singulis suis liberis xl s/.
- 66 Item do et lego Edithe Coker quondam vxori fratris mei Ricardi Morton x li/.
- 67 Item do et lego Thome Morton filio fratris mei Willelmi Morton x li/.
- 67 Item lego Roberto Morton filio Roberti Morton filij Willelmi Morton x li/.
- 68 Item lego Ricardo Dolyng xx s. Et Willelmo Dolyng xx s/. Et Thome Machyn' xx s/.
- 68 Item do et lego Thome Laurence x li/. Et Johanni Buttry xl s/.
- 69 Item lego volo et dispono quod omnes seruientes mei laici qui fuerint tempore mortis mee de domo & familia mea percipient et habeant eorum vadia pro vno Anno integro mortem meam immediate sequente/. Sic quod pro futuris eorum Magistris interim melius prouidere valeant/. Et quod vnuusquisque valectus eorum habeat vnum lectum viz Vnam matrissam par lodicum par linthiaminum et vnum coopertorium (anglice A Couerlede/. Et quilibet generosus eorum habeat lectum de plumis vnum ceruical (anglice A Bolstar. vnum par lodicum vnum par linthiaminum et vnum superlectile (anglice A Couerlede/.
- 73 Item volo quod omnes et singuli Sacerdotes qui fuerint tempore mortis mee michi in capella aut in domo mea seruientes et quibus nichil est in hoc testamento meo relictum & vadia a me non recipiunt habeant lxvj s viij d/.

- 75 Item volo quod vnuisque seruiencium meorum habeat de panno nigro vnam togam quamcito post mortem meam id commode fieri possit/.
- 76 Item volo lego et dispono quod Executores mei exponant et expendant de bonis meis singulis Annis durante termino viginti Annorum immediate post mortem meam sequencium in exhibicione pauperum scolarium in gramatica sufficienter instructorum et in alia quacunque facultate studere volencium in Vniuersitatibus Oxonie et Cantabrigie Cxxxij li vj s viij d. Et quod ad omne minus sint triginta in numero/. Et volo quod due partes ipsorum pauperum scolarium et ipsius numeri studeant in vniuersitate Oxonie et tercia pars in vniuersitate Cantabrigie. Sic quod de triginta viginti studeant in Oxonia et decem in Cantabrigia/ Et quod Idem modus etiam obseruetur in maiori numero vltra dictos Triginta si maior numerus habeatur.
- 81 Volo etiam quod de ipsis qui studere debent in Oxonia duo sint monachi confratres mei ecclesie mee Christi Cantuariensis vltra et preter sex alios eiusdem ecclesie commonachos qui expensis prioratus eiusdem Cantuariensis ecclesie in Vniuersitate predicta Oxonie continuo studere debeant et teneantur. Et volo quod vterque ipsorum duorum monachorum sic expensis meis ibidem studencium percipiat annuatim de bonis meis durante termino viginti Annorum predictorum sex libras xij s iiiij d. Et quod singuli ceterorum scolarium antedictorum tam in Oxonia quam in Cantabrigia studencium si collegati non fuerint percipient et habeant singulis Annis predictis quatuor libras et non vltra/. Si vero collegati fuerint volo quod vnuisque eorum percipiat et habeat singulis Annis xl s et non vltra/
- 87 Insuper volo quod si qui sint de prosapia mea aut fuerint de domo mea educati preferantur alijs huiusmodi exhibicione seu assumptione/ si ad hoc moribus et virtute videantur idonei/
- 88 Et volo quod dicti scolares et singuli eorum in vtraque Vniuersitate ad dictam exhibicionem meam nominandi et admittendi nominentur elegantur et admittentur per executores meos vel maiorem partem eorumdem Et si contingat quod aliqua sit discordia inter executores meos super nominacione electione siue assumptione huiusmodi scolarum./ tunc volo quod si executores mei tunc viuentes sint in numero inequali discordantes,/ stetur maiori parti eorum/. Et si sint in numero equali discordantes in huiusmodi nominacione siue assumptione/. ktunc volo quod stetur ipsi parti in qua prior ecclesie mee Christi fuerit/.
- 93 Et si contingat quod omnes executores mei antequam viginti Anni predicti fuerint totaliter effluxi moriantur. tunc volo quod dicti scolares mei qui habent studere in Oxonia nominentur et assumantur per priorem dicte ecclesie mee Christi Cantuariensis Vnacum consilio et assensu gardiani Collegij omnium animarum in Oxonia et alicuius alterius doctoris siue baccallarij theologie seu Juris canonici per dictum priorem nominandi et assignandi qui fuerit melioris fame et doctrine in ipsa Vniuersitate et procreatus infra diocesim Sarum. Et si contingat quod ipsi tres fuerint discordes in huiusmodi nominacione siue assumptione quod tunc stetur nominacioni et assumptioni duorum eorum/ Prouiso semper quod ipsi qui sunt de prosapia mea et diocesibus Cantuariensi et Sarum ceteris preferantur Dum moribus et virtute ad hoc videantur idonei/
- 99 Et quod in Vniuersitate Cantabrigie dicti Scolares mei post mortem meorum executorum vt premittitur nominentur et assumantur per priorem ecclesie mee Christi Cantuariensis pro tempore existentem vnam consilio Magistri domus sancti Petri in Cantabrigia/ Sic quod ipsi qui sunt procreati infra dioceses Cantuariensem et Eliensem ceteris in huiusmodi nominacione preferantur si ad hoc fuerint idonei.
- 102 Volo tamen quod si aliquis prefatorum scolarium meorum sic assumptus ad exhibicionem meam non vacauerit studio suo aut minus profecerit in facultate sua vel propter sua commissa infamia sit irretitus quod remoueatur per executores meos dum vixerint & post mortem eorum per dictum priorem: et alias addiscere cupiens et volens in loco eius ponatur.

- 104 Volo insuper quod nullus stet in ista exhibicione mea vltra duodecim Annos nec qui fuerit beneficiatus ad valorem Centum solidorum per annum de claro/ Aut habuerit patrimonium ad valorem xl s per annum/.
- 106 Item cum non habuerim eam pecuniarum copiam quod in pecunia numerata executores mei legata mea predicta soluere possint volo & dispono quod ipsa legata mea dentur et soluantur dictis legatarijs meis et eorum singulis de ceteris bonis meis iuxta eorum valorem & prout apprecentur et estimantur in meo Inuentario manu mea propria subscripto/. Et secundum quod executoribus meis melius videbitur expedire/.
- 108 Et si aliquis dictorum legatariorum meorum cum tali solucione et satisfactione contentari pro suo legato recusauerit/. Tunc volo quod suum legatum huiusmodi sit nullius roboris et effectus Immo in eo casu illud legatum qualemcumque fuerit adimo reuoco et adnullo/.
- 110 Item volo et dispono quod quilibet executorum meorum et huius testamenti mei subscriptorum habeat et percipiat de bonis meis xl li/. si onus execucionis huius testamenti mei in se assumere velit/ Alioquin si aliquis eorum aut ipsorum aliqui huiusmodi onus in se assumere noluerit vel noluerint: tunc volo quod nullus sic recusans habeat de legato per me sibi in hoc testamento meo relicto/ vltra xij li vj s viij d. Et quod Residuum huiusmodi legati sit nullius roboris et effectus/
- 114 **Residuum** vero omnium bonorum meorum superius specialiter non legatorum do et lego executoribus meis inferius nominatis/ et fidei eorum ea committo vt ipsi eadem bona mea disponant pro salute anime mee viz/ pauperibus consanguineis meis & pauperibus pueris qui fuerunt aut sunt de Capella mea, necnon pauperibus tenentibus Ecclesie mee/ et in alijs operibus charitatis/ prout eisdem executoribus meis melius videbitur expedire/ Sic tamen quod nullus executorum meorum aliquid sibi de bonis meis vltra sibi in hoc testamento meo legata quoquis pacto acquirat seu habeat nisi prius tantum pro eo soluerit/ quantum aliquis alias soluere voluerit:
- 119 Et ad veram huius testamenti mei et vltieme voluntatis execucionem ordino facio et constituo meos Executores videlicet confratrem meum Priorem ecclesie mee Christi Cantuariensis qui pro tempore fuerit/. Johannem Fyneux, capitalem Justiciarum banci domini Regis Magistrum Hugonem Peynthwyn Archdiaconum Cantuariensem Dominum Henricum Edyall Archidiaconum Roffensem et prepositum de Wyngham/ Magistros Thomam Madeys et Johannem Cambreton' theologie doctores et Johannem Ryse clericum/. Exorans et deprecans eosdem executores meos in visceribus Jhesu Christi et sicut proinde respondere velint coram summo Judice vt hanc meam vltimam voluntatem bene et fideliter vt premittitur exequantur exequive faciant/ Atque pro me et anime mee salute in hac parte tam grato animo faciant sicuti pro eis & eorum singulis pro posse meo fecerim et in consimili casu facere vellem/.
- 126 **In quorum** omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium hijs presentibus manu propria nomen meum subscripti.
- 128 **Hec est vltima voluntas** mei Johannis Morton Cardinalis et Archiepiscopi Cantuariensis de pro et super omnibus Manerijs terris et tenementis michi quoquo modo pertinentibus sub forma sequenti videlicet.
- 129 **In primis** volo dispono & ordino quod Thomas Morton filius fratri mei Willelmi Morton habeat omnia Maneria terras et tenementa que habeo aut aliquis alias habet impresenciarum ad vsum meum infra Comitatus Kancie Surrie et Sussexie habenda et tenenda sibi et heredibus suis masculis ex corpore suo legitime procreatis Exceptis terris quas acquisiui de domino de Rivers que sunt incluse infra parcum de Mote prope Maidston' et excepto molendino quod iacet prope dictum parcum quod acquisiui de Domino Marchione dorsettie Quod molendinum et terras infra dictum parcum iacentia et per me vt premittitur acquisita volo remanere ecclesie mee Christi Cantuariensi et successoribus meis Archiepiscopis ibidem imperpetuum sub hac condicione quod omnes et singuli successores mei antedicti soluant annuatim et imperpetuum priorisse et commonialibus prioratus sancti Sepulcri prope Ciuitatem Cantuariensem Octo

marcas legalis monete Anglie pro vno capellano infra eundem prioratum perpetuo celebraturo iuxta fundacionem vnius Cantarie in eodem prioratu per quendam Magistrum Johannem de Bourne quondam personam siue Rectorem ecclesie de Frankenham in tempore bone memorie Willelmi Witlesey quondam Cantuariensis Archiepiscopi fundate/.

- 139 Et si contingat predictum Thomam Morton decedere sine herede masculo ex corpore suo legitime procreato tunc volo quod omnia predicta Maneria terre et tenementa/ exceptis preexceptis Remaneant Johanni Morton filio fratis mei/ [Folio 71r] Ricardi Morton et heredibus suis masculis ex corpore suo legitime procreatibus
- 141 Et si contingat predictum Johannem Morton filium fratis mei Ricardi Morton decedere sine herede masculo ex corpore suo legitime procreato: tunc volo quod omnia predicta Maneria terre & tenementa exceptis preexceptis remaneant Willelmo Morton fratri dicti Johannis et filio prefati fratis mei Ricardi Morton et heredibus suis masculis ex corpore suo legitime procreatibus/.
- 144 Et si contingat prefatum Willelmum Morton fratrem dicti Johannis et filium predicti fratis mei Ricardi sine herede masculo ex corpore suo legitime procreato obire/ tunc volo quod omnia predicta Maneria terre et tenementa exceptis preexceptis remaneant Roberto Morton filio Roberti Morton et heredibus masculis ex corpore suo legitime procreatibus/.
- 146 Et si contingat predictum Robertum Morton filium Roberti Morton absque herede masculo ex corpore suo legitime procreato obire/ tunc volo quod omnia predicta Maneria terre et tenementa exceptis preexceptis remaneant rectis heredibus meis imperpetuum/.
- 148 Item volo ordino et dispono quod predictus Johannes Morton filius Ricardi Morton fratis mei habeat omnia Maneria terras et tenementa que habeo aut/ aliquis alias habet impresenciarum ad vsum meum infra Comitatus Dorsettie Somersettie Wilshirie et in Ciuitate Londoniensi in dominico siue in Reuersione/ Excepto Manerio et dominio de Sweire in Comitatu Dorsettie quod nuper acquisiui de domino de Ormond habenda et tenenda sibi et heredibus suis masculis ex corpore suo legitime procreatibus
- 152 Et si contingat predictum Johannem Morton sine herede masculo ex corpore suo legitime procreato obire/ tunc volo quod predicta Maneria terre et tenementa excepto precepto remaneant Roberto Morton filio predicti Thome Morton filij fratis mei Willelmi Morton antedicti & heredibus masculis ex corpore eiusdem Roberti legitime procreatibus
- 155 Et si contingat predictum Robertum Morton filium predicti Thome Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire/ tunc volo quod predicta Maneria terre et tenementa remaneant Willelmo Morton fratri predicti Johannis Morton et filio prefati fratis mei Ricardi Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatibus.
- 158 Et si contingat predictum Willelmum Morton fratrem dicti Johannis Morton et filium antedicti fratis mei Ricardi Morton absque herede masculo ex corpore suo legitime procreato obire/ tunc volo quod predicta Maneria terre et tenementa excepto precepto remaneant Johanni seniori fratri predicti Roberti et filio antedicti Thome Morton et heredibus masculis ex corpore suo legitime procreatibus
- 161 Et si contingat predictum Johannem seniorem fratrem predicti Roberti et filium antedicti Thome absque herede masculo ex corpore suo legitime procreato obire/: tunc volo quod predicta Maneria terre et tenementa excepto precepto remaneant Johanni Juniori fratri eiusdem Johannis senioris et filio predicti Thome Morton et heredibus masculis ex corpore suo legitime procreatibus/
- 164 Et si contingat Johannem Morton Juniorem fratrem predicti Johannis senioris et filium prefati Thome Morton absque herede masculo de corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predicta Maneria terre et tenementa excepto precepto remaneant predicto Thome Morton filio fratis mei Willelmi Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatibus/:

- 166 Et si contingat ipsum Thomam Morton filium fratris mei Willelmi Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire/. tunc volo quod predicta Maneria terre et tenementa remaneant prefato Roberto Morton filio Roberti Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatibus/.
- 169 Et si contingat prefatum Robertum Morton filium Roberti Morton sine herede masculo ex corpore suo legitime procreato obire/ tunc volo quod predicta Maneria terre & tenementa remaneant rectis heredibus meis imperpetuum/.
- 171 Item volo ordino et dispono quod prefatus Willelmus Morton filius fratris mei Ricardi Morton habeat dictum dominium et Manerium de Sweire in Comitatu Dorsettie situatum/ et manerium de Addreston' in Comitatu Warwici cum omnibus suis pertinentiis & adiacentiis que ad me vel ad quemcunque alium ad meum vsum quoquo modo pertinent: Habenda et tenenda sibi et heredibus suis masculis ex corpore suo legitime procreatibus/.
- 174 Et si contingat prefatum Willelmum Morton filium fratris mei Ricardi Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predicta Maneria et dominia de Sweire et Addreston' cum suis pertinentiis et adiacentiis remaneant antedicto Johanni Morton seniori filio predicti Thome Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatibus.
- 177 Et si contingat predictum Johannem Morton seniorem filium antedicti Thome Morton sine herede masculo ex corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predicta Maneria et dominia de Sweire et Addreston' cum suis pertinentiis et adiacentiis remaneant antedicto Johanni Morton fratri prefati Willelmi Morton et filio predicti Ricardi Morton fratris mei et heredibus masculis ex corpore suo legitime procreatibus/.
- 180 Et si contingat ipsum Johannem Morton fratrem predicti Willelmi Morton et filium prefati Ricardi fratris mei sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire/ tunc volo quod predicta Maneria et dominia de Sweire et Addreston' cum suis pertinentiis et adiacentiis remaneant prefato Roberto Morton fratri antedicti Johannis Morton senioris et filio predicti Thome Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatibus.
- 184 Et si contingat ipsum Robertum Morton filium prefati Thome Morton absque herede masculo ex corpore suo legitime pro[cre]at[o]¹ obire: tunc volo quod predicta Maneria et dominia de Sweire et Addreston' cum suis pertinentiis et adiacentiis remaneant [prefato]¹ Johanni Morton Juniori fratri eiusdem Roberti et filio predicti Thome Morton et heredibus masculis de corpore s[uo]¹ legitime procreatibus/.
- 187 Et si contingat ipsum Johannem Juniores filium prefati Thome Morton absque herede mascul[o]¹ ex corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predicta Maneria et dominia cum suis pertinentiis et adiacentiis remaneant prefato Thome Morton patri eiusdem Johannis Junioris et filio fratris mei Willelmi Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatibus/
- 190 Et si contingat ipsum Thomam Morton filium fratris mei Willelmi Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predicta Maneria et dominia de Sweire et Addreston' cum suis pertinentiis & adiacentiis remaneant prefato Roberto Morton filio Roberti Morton et heredibus masculis ex corpore suo legitime procreatibus/.
- 193 Et si contingat ipsum Robertum Morton filium Roberti Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire:/ tunc volo quod predicta Maneria et dominia de Sweire et Addreston' cum suis pertinentiis et adiacentiis remaneant rectis heredibus meis imperpetuum/.
- 195 Item volo ordino et dispono quod predictus Johannes Morton senior filius prefati Thome Morton filij antedicti fratris mei Willelmi Morton habeat Manerium meum de Gosehayes in Comitatu Essexie cum

¹ Letters in square brackets faded and illegible.

omnibus suis pertinentiis et adiacentiis que ad me vel quemcumque alium ad meum vsum quoquo modo pertinent/ habendum et tenendum sibi et heredibus suis masculis ex corpore suo legitime procreatis/

- 198 Et si contingat quod ipse Johannes Morton senior filius predicti Thome Morton sine herede masculo ex corpore suo legitime procreato obierit: tunc volo quod predictum manerium cum suis pertinentiis et adiacentiis predictis remaneat predicto Willelmo Morton filio prefati fratri mei/ Ricardi Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis
- 201 Et si contingat predictum Willelmum Morton filium prefati fratri mei Ricardi Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predictum Manerium cum suis pertinentiis & adiacentiis predictis remaneat predicto Johanni Juniori filio prefati Thome Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis.
- 204 Et si contingat predictum Johannem Juniores filium prefati Thome Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire/. tunc volo quod predictum Manerium cum pertinentiis suis et adiacentiis predictis remaneat prefato Roberto Morton filio eiusdem Thome Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis/
- 206 Et si contingat ipsum Robertum Morton filium predicti Thome Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predictum Manerium de Gosehayes cum suis pertinentiis et adiacentiis predictis remaneat predicto Johanni Morton filio prefati fratri mei Ricardi Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis
- 209 Et si contingat [Folio 71v] predictum Johannem Morton filium fratri mei Ricardi Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predictum Manerium de Gosehayes cum suis pertinentiis et adiacentiis remaneat predicto Thome Morton filio fratri mei Willelmi Morton et heredibus suis masculis ex corpore suo legitime procreatis/.
- 212 Et si contingat predictum Thomam Morton filium predicti fratri mei Willelmi Morton absque herede masculo de corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predictum Manerium de Gosehayes cum suis pertinentiis et adiacentiis predictis remaneat predicto Roberto Morton et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis:
- 215 Et si contingat ipsum Robertum filium Roberti Morton sine herede masculo de corpore suo legitime procreato obire: tunc volo quod predictum Manerium de Gosehayes cum suis pertinentiis et adiacentiis predictis remaneat rectis heredibus meis imperpetuum
- 217 **Scripta** et data sunt predicta testamentum et vltima voluntas atque per me Johannem Cardinalem antedictum prout suprascribuntur coram testibus subscriptis in Interiori Camera palacij mei Cantuariensis recitata et declarata xv^o die mensis Junij Anno domini Millesimo Quingentesimo/ Indictione tercia Pontificatus vero sanctissimi domini nostri domini Alexandri pape sexti Anno Octauo/ an(no) Regni Regis Henrici vij. xv^o meeque Translacionis Anno xiiij^o.
 Presentibus tunc et ibidem confratre meo Priore ecclesie mee Christi Cantuariensis Johanne Fyneux Capitali Justiciariori banchi domini Regis/ Magistro Hugone Peynthwyn' Archidiacano Cantuariensi/ Domino Henrico Ediall Archidiacono Roffensi et preposito de Wyngham & Magistro Thoma Madeis theologie professore/.
 In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium nomen meum hijs presentibus manu mea propria subscripsi/.
- 225 **Probatum** fuit prescriptum testamentum xxij^{do}. die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo coram Venerabili viro Magistro Willelmo Barons legum doctore prerogative ecclesie Christi Cantuariensis custode ac venerabilium religiosorumque virorum prioris & capituli eiusdem ad quos omnis et omnimodis Jurisdiccionis spiritualis & ecclesiastica./ que ad Archiepiscopum

Cantuariensem pertinuit sede plena ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere commissario/ in ea parte sufficienter et legitime deputato Juramento executorum in huiusmodi testamento nominatorum/ ac approbatum et insinuatum

- 229 Et commissa fuit administracio omnium et singulorum bonorum & debitorum prefati defuncti Reverendo in Christo patri domino Thome ecclesie Christi Cantuariensis priori/ Ac venerabilibus viris Magistris Hugoni Peyntwyn' Cantuariensis/ et Henrico Ediall Roffensis Archidiaconatum Archidiaconis Johanni Chamberton sacre theologie professori et Johanni Rise clerico executoribus/ de bene & fideliter ac sub vnanimi consensu et assensu administrando. Ac de pleno et fideli Inuentario omnium & singulorum bonorum& debitorum huiusmodi conficiendo et citra festum pasche proxime extunc futurum exhibendo. Necnon de plano & vero compoto (sic) reddendo Ad sancta dei Euangelia juratis/ Reseruata potestate similem commissionem faciendi domino Johanni Fyneux capitali Justiciariorum de banco domini Regis executori etiam in prescripto testamento nominato/ cum venerit eam in se in forma juris admissurus.